

DIDASCALIA ET CONSTITUTIONES APOSTOLORUM

Doctrina catholica duodecim apostolorum et sanctorum discipulorum salvatoris nostri

III. De viduis

VIII.-

1. Sinceras ergo oportet esse viduas, subditas episcopis et **diaconis** et reverentes et trementes et metuentes episcopum sicut Deum, non habentes potestatem in aliquo nec absque dispositione aliquid facientes et citra consilium aut imperium episcopi, et ne velint ad aliquem pergere ad manducandum aut bibendum aut ieiunare cum aliquo aut accipere ab aliquo quicquam aut manus alicui imponere et orare, ut superius diximus, absque consilio episcopi vel **diaconi**. Si quid autem non iussa fecerit, corripiatur illa, quae sine disciplina est.

2. Quid enim scis, o mulier, a quo acciplas aut de cuius **diaconia** edes aut pro quo ieiunas aut cui manum commodasti? Nescis, quia rationem reddere habes Domino pro unoquoque eorum in die iudicii, quoniam communicas operibus eorum.

4. Scitote igitur, o sorores, quod, pastores vestri si quid vobis disposuerunt una cum **diaconis** suis et audieritis eos, Deo vos oboedistis; et secundum iussionem episcopi si cuiquam. communicastis; sine vituperatione estis apud Deum, et omnis frater ex numero laicorum episcopo oboediens eique se subiciens, quoniam hi rationem reddunt pro omnibus; sin autem non oboeditis consilio episcoporum et **diaconorum**, hi innocentes sunt delictorum vestrorum; vos autem rationem reddetis omnium, quae facitis secundum voluntatem vestram propriam, viri aut mulieres.

8. Nunc autem audimus viduas esse non conversantes secundum praeceptum, sed id tantum agentes, ut mendicent et aberrent ac vagentur. Et ea, quae accepit eleemosynam a Domino, si est insipiens, palam respondens ei, quae eam interrogat, revelat ac patefacit nomen dantis, quo audito haec mussitat ac reprehendit episcopum dispertientem aut **diaconum** aut eum ipsum, qui donum dedit, dicens: Nonne sciebas me tibi propiorem esse et magis oppressam illa? Neque scit hoc non secundum voluntatem hominis factum esse, sed iuxta mandatum Dei.

X (XIII).

5. Itaque neque episcopus nec presbyter nec **diaconus** nec vidua maledictionem emittat ex ore suo, ne maledictionem sortiantur, sed benedictionem. Operam autem da, episcope, ne quis laicorum maledictionem proferat de ore suo; nam tu omnibus prospicis.

XI (XV).

1. Propterea, episcope, constituias tibi operarios iustitiae, adiutores populum tuum ad vitam adiuvantes. Qui tibi placent ex populo universo, eos eligas ac **diaconos** constituias, virum, ut curet res multas necessarias, mulierem ad ministerium feminarum. Sunt enim domus, in quas **diaconum** ad mulieres non potes mittere propter gentiles, mittes autem

diaconissas.

XII (XVI).

2. Nam et in multis aliis rebus necessarius est locus mulieris **diaconissae**. Primo cum mulieres in aquam descendunt, a **diaconissa** oleo unctionis ungendae sunt in aquam descendentes. Et ubi mulier ac praesertim **diaconissa** non invenitur, baptizantem oportet ungere eam, quae baptizatur. Ubi vero mulier est ac praesertim **diaconissa**, mulieres non decet conspici a viris; praeterquam in manus impositione ungas caput solum, quemadmodum olim sacerdotes ac reges in Israel ungebantur.

XII (XVI).

3. Et tu iuxta hanc similitudinem in manus impositione ungas caput eorum, qui baptismum accipiunt, sive virorum sive mulierum; ac postea, cum tu baptizas vel cum **diaconis** praecipis baptizare vel presbyteris, **diaconissa**, ut praediximus, ungat mulieres, vir autem pronuntiet super eas nomina invocationis Deitatis in aqua. Et cum ascendit ex aqua, quae baptizatur, eam suscipiat **diaconissa** ac doceat et erudiat, infragile esse sigillum baptismi in castitate et in sanctitate.

4. Propterea dicimus, valde desiderari et maxime necessarium esse ministerium mulieris **diaconissae**, quia etiam Dominus ac salvator noster a mulieribus ministrantibus ministrabatur, quae erant Maria Magdalene et Maria Iacobi et Iosephi mater et mater filiorum Zebedaei. Tu ergo in aliis rebus **diaconissam** necessariam habebis, et ut eas gentium domos ingrediatur, ubi vos accedere non potestis, propter fideles mulieres, et ut eis, quae infirmantur, ministret, quae necessantur, et in balneis iterum eas, quae meliorant, ut lavet.

XIII (XIX).

1. **Diaconi** sint in actibus similes episcopis suis, sed exercitiores et non malum adpetentes lucrum, ut bene ministrent; secundum multitudinem ecclesiae erunt, ut et senioribus mulieribus, quae invalidae sunt, fratribus et sororibus, quae in infirmitate detinentur, possint placere in celeritate ministeria sua complentes. Et mulier circa mulieres festinabit, **diaconus** vero, quoniam vir est, et circa viros et ad peregrinationem et ministerium et servitium ad iussionem episcopi paratissimus et mobilis sit.

2. Ita ergo unusquisque proprium agnoscat locum, in festinatione eum impleat; et unum sentiendo, unum spirantes et duo corpora in una anima portantes cognoscite, quantum sit ministerium **diaconiae**.

3. Sicuti dicit Dominus Deus in Evangelio: Qui vult esse inter vos maior, sit vester **diaconus**, et qui vult esse inter vos primus, sit vester servus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis: ita ergo et vos **diaconos** oportet facere, ut, si necessitas vos exegerit et animam pro fratre ponere per ministerium vestrum, ponatis. Nolite dubitare; nec enim Dominus et salvator noster

haesitabat serviens nobis, sicuti et per lesaiam mandatum est: Iustificare iustum bene servientem multis.

5. Hoc autem faciens ostendebat fraternam caritatem, ut et nos invicem hoc faciamus. Si ergo Dominus hoc fecit, vos, **diaconi**, nolite dubitare, ut super impotentes et infirmos hoc faciatis, quia operarii veritatis estis, Christi exemplo succincti.

6. Ministrare igitur cum dilectione, non murmurantes nec dubitantes; nam si ita agitis, secundum hominem facitis ea et non secundum Deum, et mercedem vestram similem **diaconiae** vestrae accipietis in die visitationis.

7. Oportet ergo vos, **diaconi**, visitare omnes, qui egent. Et de his, qui tribulantur, renuntiate episcopo; et debetis anima eius esse et mens, ad omnia excussiores et oboedientes ei.

V. De orphanis

IV.

1. Episcopi ergo et **diaconi**, observate altari Christi, id est viduis et orphanis, cum omni diligentia curam facientes de his quae accipiuntur cum scrupulositate, qualis est ille, qui dat, aut illa, quae dat, ut adescantur.

2. Ex iusto ergo fidelium labore nutrite ac vestite indigentes, et quae ab eis dantur, sicut praediximus, dispertite in tempore ad redemptionem fidelium, liberantes servos et captivos et vinctos et eos, qui vi abducti et qui a multitudine plebis condemnati sunt et qui ad venationem vel ad metalla vel ad exilium damnati sunt, quique ad ludum condemnati sunt et afflicti. Eant **diaconi** ad eos et unumquemque eorum visitent eisque dispertiant, quod eis opus est.

VI. De schismatibus

XII. -

3. Facta est autem nobis quaestio magna ut hominibus pro vita certantibus, nec vero nobis tantum apostolis, sed etiam populo cum Iacobo episcopo Hierosolymorum, secundum carnem fratre Domini nostri, et cum presbyteris ac **diaconis** eius et cum ecclesia universa. Ante aliquod tempus enim quidam a Iudaea Antiochiam descendebant docebantque fratres: Nisi circumcidimini ac iuxta legem Mosis conversamini et vos mundos servatis in cibis omnibusque aliis rebus, non potestis salvari. Et exorta est eis multa contritio ac quaestio, et fratres Antiocheni certiores facti, nos omnes congregatos fuisse ac venisse, ut de hac re inquireremus, miserunt ad nos viros fideles et scripturarum gnaros, ut discerent de hac quaestione. Qui cum Hierosolyma venissent, nuntiaverunt nobis de quaestione sibi exorta in ecclesia Antiochenorum, et surrexerunt quidam ex schola Pharisaeorum, qui crediderunt, dicentes, quia oportet eos circumcidi ac legem Mosis servare.

VII. DE RATIONE VITAE ET GRATIARUM ACTIONE ET CHRISTIANA INITIATIONE.

XXXI. -

1. Eligite autem episcopos dignos Domino et presbyteros ac **diaconos**, viros prudentes, iustos, mites, non amantes pecuniae, amantes veritatis, probatos, sanctos, non acceptores personarum, qui valeant docere sermonem pietatis, qui recte secent ac tractent dogmata Domini.

VIII. DE CHARISMATIBUS ORDINATIONIBUS CANONIBUS ECCLESIASTICIS.

I. -

20. Quin etiam neque episcopus in **diaconos** vel presbyteros se extollat neque presbyteri in plebem; ex utrisque enim coetus compositio exstat.

IV.

1. Simul igitur existentes nos duodecim Domini apostoli hasce divinas constitutiones de omni ecclesiastico ordine vobis iniungimus, una praesentibus tum electionis vase Paulo coapostolo nostro, tum Iacobo episcopo, tum reliquis presbyteris ac septem **diaconis**.

6. Silentioque facto unus ex primis episcopis una cum duobus aliis prope altare stans, reliquis episcopis ac presbyteris tacite orantibus atque **diaconis** divina Evangelia super caput eius, qui ordinatur, aperta tenentibus, dicat ad Deum:

VI.

2. Universis consurgentibus **diaconus** in excelsum locum ascendens proclamet: Ne quis audientium, ne quis infidelium.

4. Et omnes fideles pro illis cum attentione orent dicentes: Kyrie eleison. **Diaconus** vero pro eis precetur dicens:

9. Porro in singulis horum, quae **diaconus** proloquitur, ut iam diximus, populus respondeat: Kyrie eleison, et ante cunctos pueri.

14. Et post hoc **diaconus** dicat: Exite, catechumeni, in pace.

VII.

9. Tum **diaconus** dicat: Exite, energumeni.

VIII.

6. Et dicat **diaconus**: Exite, qui illuminandi estis.

IX.

11. Et **diaconus** dicat: Abite, qui estis in paenitentia.

X.

9. Pro universo Christi **diaconio** ac ministerio oremus, ut Dominus inculpatam ipsis largiatur ministrationem.

XI.

7. Postea **diaconus** dicat: Attendamus.

XI.

9. **Diaconus** vero dicat omnibus: Salutate vos invicem in osculo sancto; et clerici osculentur episcopum, laici viri laicos, feminae feminas.

10. Pueri autem stent ad suggestum, ac **diaconus** alius ipsis praesit, ne inordinate se gerant; et alii **diaconi** deambulent inspiciantque viros ac mulieres, ne strepitus aliquis oriatur et ne quis nutum faciat vel susurret vel dormitet.

11. **Diaconi** vero stent ad ianuas virorum et **subdiaconi** ad ianuas mulierum, ut nemo egrediatur neve aperiatur ianua tempore oblationis, licet adveniat quispiam fidelis.

XII.

1. Porro ego Iacobus, frater Iohannis Zebedaei aio, ut statim **diaconus** dicat:

2. Ne quis ex catechumenis, ne quis ex audientibus, ne quis ex infidelibus, ne quis ex heterodoxis; qui priorem precationem fecistis, accedite; matres, assumite pueros; ne quis contra aliquem, ne quis in hypocrisi; erecti ad Dominum cum timore ac tremore stemus ad offerendum.

3. Quibus peractis **diaconi** dona ad altare admoveant episcopo, ac presbyteri a dexteris illius et a sinistris stent, ut discipuli magistro assistentes; duo autem **diaconi** ex utraque parte altaris teneant flabellum ex tenuibus membranis aut pennam pavonis aut ex linteo et sensim abigant parva animalia volitantia, ne in calices incidant.

41. Adhuc rogamus te pro me nullius pretii homine, qui tibi offero, et pro omni presbyterio, pro **diaconis** ac universo clero, ut omnes sapientiam docens spiritu sancto impleas.

43. Adhuc offerimus tibi pro omnibus sanctis, qui a saeculo placuerunt tibi, patriarchis, prophetis, iustis, apostolis, martyribus, confessoribus, episcopis, presbyteris, **diaconis**, **subdiaconis**, lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis, laicis et omnibus, quorum tu nosti nomina.

XIII.

2. Ac **diaconus** iterum praedicet:

4. Pro ecclesia hac et populo oremus; pro universo episcopatu, omni presbyterio, cuncto Christi **diaconio** ac ministerio, omni ecclesiae coetu oremus, ut Dominus universos conservet atque custodiat.

11. Et postquam omnes dixerunt: Amen, **diaconus** dicat: Attendamus.

14. Post hoc sumat et communicet episcopus, deinde presbyteri, **diaconi**, **subdiaconi**, lectores, cantores et ascetae, et in feminis **diaconissae**, virgines et viduae; postea pueri, tuncque omnis populus ordine cum pudore et reverentia absque strepitu.

15. Et episcopus quidem tribuat oblatam dicens: Corpus Christi; et qui recipit, respondeat: Amen; **diaconus** vero teneat calicem ac tradendo dicat: Sanguis Christi,

calix vitae, et qui bibit respondeat: Amen.

17. Cumque universi et universae communicaverint, accipientes **diaconi**, quae supersunt, inferant in pastophoria.

XIV.

1. Et **diaconus**, quando qui psallit fecerit finem, pronuntiet:

XV.

6. Et **diaconus** dicat: Deo per Christum eius inclinate et accipite benedictionem.

10. Et **diaconus** dicat: Ite in pace.

11. Haec de mystico cultu nos apostoli constituimus vobis episcopis et presbyteris et **diaconis**.

XVI.

2. Cum presbyterum ordinas, episcopo, manum super caput eius ipse impone adstante tibi presbyterio nec non **diaconis**, et orans dic:

XVII.

1. De ordinatione vero **diaconorum** ego Philippus constituo.

2. **Diaconum** efficies, episcopo, imponens ei manus, adstante tibi cuncto presbyterio cum **diaconis**, et orans dices:

XVIII.

2. exaudi orationem nostram, Domine, et auribus percipe deprecationem nostram; et ostende: faciem tuam super servum tuum hunc, electum tibi in **diaconatus** mysterium; et imple eum spiritu et virtute, sicut implevisti Stephanum martyrem ac passionum Christi tui imitatore;

XIX.

1. De **diaconissa** vero Bartholomaeus constituo.

2. Episcopo, impones ei manus adstante presbyterio una cum **diaconis** ac **diaconissis** et dices:

XXIII

3. Quodsi opus eo fuerit in episcopum aut presbyterum aut **diaconum**, ordinatur.

XXVI.

3. Si autem opus eo fuerit in episcopum vel presbyterum vel **diaconum**, ordinatur.

XXVIII.

4. **Diaconus** non benedicit; non dat benedictionem, accipit vero ab episcopo et presbytero; non baptizat, non offert; ipse vero, cum episcopus aut presbyter obtulit, dat populo, non tanquam sacerdos, sed tanquam ministrans sacerdotibus.

5. Nulli autem e reliquis clericis licet opus **diaconi** facere.

6. **Diaconissa** non benedicit, sed nec peragit quidquam eorum, quae presbyteri aut **diaconi** faciunt, dumtaxat ianuas custodit et presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat propter decorum.

7. **Diaconus** excommunicat sub**diaconum**, lectorem, cantorem, **diaconissam**, si absente presbytero res id postulet.

8. Sub**diacono** non licet segregare neque lectori neque cantori neque **diaconissae**, non clericum, non laicum; ministri enim sunt **diaconorum**.

XXIX.

2. Benedicat episcopus aquam et oleum; sin vero non adsit, benedicat presbyter praesente **diacono**; quando autem aderit episcopus, adsistant presbyter et **diaconus**.

XXX.

2. Adhuc iniungo, ut omnes primitiae afferantur episcopo et presbyteris et **diaconis** ad eorum alimentum, utque omnes decimae offerantur ad alendos reliquos clericos et virgines ac viduas et paupertate afflictos; primitiae enim sacerdotum sunt atque iis ministrantium **diaconorum**.

XXXI.

2. Eulogias, quae in mysticis oblationibus supersunt, **diaconi** ex voluntate episcopi aut presbyterorum distribuunt clero: episcopo partes quatuor, presbytero partes tres, **diacono** partes duas, ceteris vero, sub**diaconis** vel lectoribus vel cantoribus vel **diaconissis**, partem unam.

XXXII.

2. Qui primo ad mysterium pietatis accedunt, episcopo vel presbyteris per **diaconos** adducantur et causas exquirantur, quare se ad verbum Domini adiunserint; quique obtulerunt, testimonium eis praebeant, diligenter explorantes, quae ad eos spectant. Examinentur autem eorum mores ac vita, et an servi sint vel liberi.

XXXV.

2. Cum fuerit vespera, congregabis ecclesiam, o episcope; et postquam dictus fuerit psalmus lucernalis, recitabit **diaconus** orationes pro catechumenis, energumenis, competentibus et paenitentibus, ut supra diximus.

XXXVI.

1. Cumque ii dimissi fuerint, **diaconus** dicet: Qui fideles sumus, oremus Dominum, et postquam recitaverit illa, quae in prima oratione, dicet:

XXXVII.

4. Et **diaconus** dicat: Inclinate ad manuum impositionem.

7. Et **diaconus** dicat: Exite in pace.

XXXVIII.

1. Similem in modum mane **diaconus**, cum dictus fuerit psalmus matutinus, cumque ipse dimiserit catechumenos, energumenos, competentes ac paenitentes feceritque solemnem precationem, ne iterum eadem referamus, post illud: Serva nos, Deus, et suscita in gratia tua, subiungat:

XXXIX.

1. Tum **diaconus** dicat: Inclinate ad manus impositionem.

8. Et **diaconus** dicat: Exite in pace.

XLI.

1. Porro de iis, qui in Christo requieverunt, postquam **diaconus** protulerit ea, quae primae orationis sunt, ne eadem repetamus, adiciet etiam haec:

6. Ac **diaconus** dicat: Inclinate et accipite benedictionem.

XLIV.

1. In mortuorum vero memoriis invitati, cum moderatione ac Dei metu epulamini, ut possitis etiam deprecari pro iis, qui e vita migrarunt. Qui enim presbyteri et **diaconi** Christi estis, semper debetis esse sobrii tam vobis quam aliis, ut eos, qui flagitiose vivunt, valeatis admonere.

2. Ait quippe scriptura: Potentes iracundi sunt; vinum non bibant, ne bibentes obliviscantur sapientiae et recta iudicare non possint. Ergo et presbyteri ac **diaconi** post Deum omnipotentem illiusque dilectum filium sunt potentes ac dynastae ecclesiae.

9. Ceterum quae sub nobis acta sint, forsitan non ignoratis. Scitis enim omnino episcopos, presbyteros et **diaconos** a nobis prece ac manuum impositione nominatos esse, qui differentia nominum differentiam quoque rerum ostendant. Non enim qui volebat, implebat manum apud nos, sicut in falso et adulterino vitularum sacerdotio tempore Ieroboam, sed qui vocabatur a Deo.

10. Nam si nulla lex posita esset nec ulla ordinum differentia, suffecisset, cuncta per unum nomen perfici; sed a Domino edocti rerum consequentiam, episcopis quidem assignavimus, quae ad pontificatum pertinent, presbyteris vero, quae ad sacerdotium, **diaconis** autem, quae ad ministeria utrisque impendenda, ut pure celebrentur, quae ad cultum Dei spectant.

11. Neque enim **diacono** licet sacrificium offerre aut baptizare aut benedictionem seu parvam seu magnam facere, neque presbytero ordinationes peragere, quia aequum non est ordinem inverti.

13. Nam per Mosem Deo charissimum constituti sunt pontifices, sacerdotes ac levitae, a nostro autem salvatore nos tredecim apostoli, ab apostolis vero ego Iacobus et ego

Clemens et alii nobiscum, ne omnes iterum recenseamus, communiter autem ab omnibus nobis presbyteri, **diaconi**, sub**diaconi** et lectores.

15. Post illius vero assumptionem nos iuxta eiusdem constitutionem offerentes sacrificium mundum et incruentum, elegimus episcopos et presbyteros et **diaconos** numero septem.

16. Ex his unus erat Stephanus beatus martyr, in amore erga Deum nobis nequaquam inferior, qui adeo in Deum pietatem fide ostendit et caritatem in Dominum nostrum Iesum Christum, ut pro eo animam quoque daret, a Iudaeis Domini interfectoribus iactu lapidum occisus. Verumtamen talis ac tantus vir, qui spiritu. fervebat, qui Christum a dexteris Dei et caelestes ianuas apertas vidit, nusquam cernitur iis usus esse, quae ad **diaconorum** ministerium non pertinent, vel sacrificium offerendo vel manus alicui imponendo, sed **diaconi** ordinem usque ad finem custodisse; ita quippe decebat Christi martyrem, ordinem ac disciplinam servare.

17. Si vero Philippum **diaconum** nostrum et Ananiam fidelem fratrem quidam causantur, quod ille quidem eunuchum baptizavit, hic vero me Paulum, ii non intellegunt, quod nos dicimus. Diximus enim, neminem sibi rapere sacerdotalem dignitatem, sed vel a Deo accipere, ut Melchisedec et Iob, vel a pontifice, ut Aaron a Mose; igitur etiam Philippus et Ananias non se ipsos constituerunt, sed electi sunt a Christo pontifice Dei incomparabilis.

XLVII.

1. Episcopus igitur ab episcopis ordinetur duobus vel tribus, presbyter ab uno episcopo ac **diaconus** et reliqui clerici.

4. Alius omnis fructus ad domum mittatur primitiae episcopo et presbyteris, nec vero ad altare; constat autem, quod episcopus et presbyteri dispertiunt et **diaconis** et reliquis clericis.

5. Episcopus aut presbyter aut **diaconus** uxorem suam praetextu religionis ne eiciat; si vero eiecerit, segregetur; quod si perseverat, deponatur.

6. Episcopus aut presbyter aut **diaconus** curas saeculares ne suscipiat; sin minus, deponatur.

7. Si quis episcopus aut presbyter aut **diaconus** sanctum paschae diem ante vernale aequinoctium cum Iudaeis celebraverit, deponatur.

8. Si quis episcopus aut presbyter aut **diaconus** vel quilibet ex sacerdotali catalogo oblatione facta non communicaverit, aut causam dicat et, si rationabilis fuerit, veniam consequatur; si vero non dicat, segregetur, ut qui populo auctor fuerit offensionis et suspicionem indiderit adversus eum, qui obtulit, quasi non recte obtulerit.

15. Si quis presbyter aut **diaconus** aut quilibet e catalogo clericorum relinquens suam parochiam ad aliam abierit et omnino demigrans in alia parochia commoretur praeter sui

episcopi voluntatem, hunc iubemus non amplius sacris ministrare, praesertim si episcopo ad reditum adhortanti non obtemperaverit, in ordinis desertione perseverans; verumtamen ut laicus ibi communicet.

17. Qui post baptismum duobus matrimoniis fuit coniunctus aut concubinam habuit, non potest esse episcopus aut presbyter aut **diaconus** aut omnino e catalogo ordinis ecclesiastici.

18. Qui viduam accepit aut eiectam aut meretricem aut ancillam aut aliquam e numero scenicarum, non potest esse episcopus aut presbyter aut **diaconus** aut omnino e catalogo ordinis ecclesiastici.

25. Episcopus aut presbyter aut **diaconus**, qui in fornicatione aut periurio aut furto captus est, deponatur, nec vero segregetur; dicit enim scriptura: Non vindicabis bis in idipsum; similiter et reliqui clerici.

27. Episcopum aut presbyterum aut **diaconum**, qui fideles peccantes verberat vel infideles inique agentes et per ea terrere vult, deponi praecipimus; nusquam enim Dominus nos ista docuit, e contrario ipse, cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur.

28. Si quis episcopus aut presbyter aut **diaconus**, iuste propter crimina manifesta depositus, ausus fuerit attingere ministerium sibi quondam commissum, hic penitus abscindatur ab ecclesia.

29. Si quis episcopus per pecunias huius dignitatis compos fuerit aut presbyter aut **diaconus**, deponatur et ipse et qui eum ordinavit, atque penitus abscindatur a communione, sicut Simon magus a me Petro.

32. Si quis presbyter aut **diaconus** ab episcopo segregatus sit, hunc non licere ab alio recipi atque ab ipso, qui eum segregavit, nisi forsitan obierit episcopus, qui eum sequestravit.

33. Nullum peregrinorum episcoporum aut presbyterorum aut **diaconorum** sine commendaticis recipite, et si scripta attulerint, inquirantur, et si praedicatores sint pietatis, recipiantur; sin minus, quae sunt necessaria, suppeditate eis, nec vero eos ad communionem admittite; multa enim per subreptionem fiunt.

36. Si quis episcopus ordinatus non susceperit officium et curam populi sibi commissi, hic sit segregatus, donec suscipiat; similiter et presbyter et **diaconus**. Si vero egressus non receptus fuerit, non propter suam voluntatem, sed propter populi malitiam, ipse quidem sit episcopus, clerus vero civitatis segregetur, quia eiusmodi populi inoboedientis eruditores non fuerunt.

39. Presbyteri et **diaconi** absque sententia episcopi nihil peragant; ipse enim est, c • i commissus est populus Domini et a quo de animabus eorum ratio poscetur.

41. Praecipimus, ut episcopus potestatem habeat rerum ecclesiasticarum. Si enim animae hominum pretiosae ei credendae sunt, multo magis eum oportet de pecuniis mandare, ita ut ex eius potestate omnia dispensentur indigentibus per presbyteros et **diaconos** atque suppeditentur cum timore Dei et omni sollicitudine, sed ipse quoque percipiat, quae opus sunt, si tamen indiguerit, ad necessarios suos usus et fratrum, qui hospitio suscipiuntur, ut nullo modo inopiam patiantur. Lex enim Dei constituit, ut, qui altari adsistunt, ex altari vivant, quandoquidem neque miles suis stipendiis arma fert contra hostes.

42. Episcopus aut presbyter aut **diaconus** aleae vacans et ebrietati aut desinat aut deponatur

44. Episcopus aut presbyter aut **diaconus**, qui usuras exigit ab iis, qui mutuo accipiunt, aut desinat aut deponatur.

45. Episcopus vel presbyter vel **diaconus**, qui una cum haereticis oraverint tantum, segregentur; si vero etiam permiserint eos tanquam clericos aliquid facere, deponantur.

46. Episcopum vel presbyterum vel **diaconum**, qui haereticorum baptismum acceperint vel sacrificium, deponi praecipimus. Quae enim conventio Christi ad Belial? aut quae pars fidei cum infidei?

51. Si quis episcopus aut presbyter aut **diaconus** aut quilibet e numero clericorum nuptiis et carnibus et vino se abstinet, non propter exercitationem, sed propter detestationem, oblitus, quod omnia valde bona et quod masculum et feminam fecit Deus hominem, sed blasphemans accusat creationem, aut corrigatur aut deponatur et ex ecclesia eiciatur; similiter et laicus.

53. Si quis episcopus aut presbyter aut **diaconus** in diebus festis non sumit carnem et vinum, deponatur, ut qui cauteriatam habet conscientiam multisque causa sit scandali.

56. Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum aut **diaconum**, segregetur.

63. Si quis episcopus aut presbyter aut **diaconus** aut omnino e catalogo clericorum manducaverit carnem in sanguine eius vel captum a bestia vel morticinium, deponatur; id enim lex interdixit; quodsi laicus sit, segregetur.

68. Si quis episcopus vel presbyter vel **diaconus** secundam ordinationem acceperit ab aliquo, deponatur et ipse et qui eum ordinavit, nisi ostendat ab haereticis se ordinationem habere; a talibus enim baptizati vel ordinati nec fideles nec clerici esse possunt.

69. Si quis episcopus aut presbyter aut **diaconus** aut **subdiaconus** aut lector aut cantor sanctam quadragesimam non ieiunat vel quartam feriam vel sextam, deponatur, nisi infirmitate corporis impediatur; si vero laicus sit, segregetur.

83. Episcopum vel presbyterum vel **diaconum**, qui militiae vacat et utrumque facere vult, romanum magistratum obtinere et sacrum gradum administrare, deponi oportet;

nam quae Caesaris sunt, Caesari, et quae Dei, Deo.